

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 7: De commendatione religionis (1)

Religio dicitur regis visio,
quia in ea et per eam videtur rex regum.

[fons nondum repertus]

Unde Iacob commendans religionem dicit:
Quam terribilis est locus iste!
Non est hic aliud nisi domus dei et porta caeli.

Pavensque,
Quam terribilis est, inquit, locus iste!
non est hic aliud nisi domus Dei, et porta caeli. (Gen. 28:17)

Religio enim, secundum Isidorum, est per quam in deo religamus
animas nostras ad divinum vinculum servandum,
et cetera require supra.

Religio appellata, quod per eam uni Deo religamus
animas nostras ad cultum divinum vinculo serviendi.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 8.2.2 (W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.10-11).